autẽ illo diu pecuniaȝ iudeꝰ eã ex
postulat· Sꝫ vir debitor eam reddi
disse affirmat· trabit eũ iudeꝰ ad
iudiciũ ꝛ iuramentũ indicit debi
tori· ille baculũ cauatũ quẽ auro
impleuerat secum detulerat: ac si
eius indigerꝫ· Volens igit̃ satis
facere iuramento· iudeo tradidit
baculũ reseruãdum· Jurauit ille
ꝙ plus dederat sibi ꝙ̃ deberꝫ· Fcõ
iuramẽto baculũ suũ repeciit ꝛ iu
deus ignarus astucie: eũ sibi red
didit· Rediẽs qui fraudẽ fecerat ĩ
quodam biuio ꝯpressus corruit
sompno· Currusqꝫ cũ impetu vei
ens eum necauit ꝛ baculum ple
nũ auro fregit ꝛ auꝝ effudit· Au
diens hoc iudeꝰ ꝯcitus illuc venit
Cũqꝫ dolum vidissꝫ ꝛ a multis ei
suggeret̃ vt aurũ reciperet· õnino
rẽnuit· nisi qui defunctꝰ fueãt ad
vitã beati nicolai meritis reddẽt
asserens se si hoc fierꝫ baptismũ
suscepturũ ꝛ xp̃ianum futurum·
Continuo igit̃ qui defunctꝰ fueãt
resuscitatur ꝛ iudeꝰ in xp̃i nomie
baptisatur· Itẽ sanctꝰ nicolaꝰ ex
diuitibus ꝛ sanctis pentibꝰ origi
nem duxit pat̃ eius Ephiphani
us mater vero eius Johãna dcã
est· Quẽ cum in p̃meuo iuuentu
tis sue flore pentes genuissent de
inceps continenter viuentes celi
bem vitã duxerũt·

De cõcepcione· S·iiij·

BEatam me dicent omẽs
generacões· qꝛ fecit dñs
magna cuius nomẽ san
ctuꝫ Lu·p̃· Hodie scã mat̃ eccĩa
colit qualiter maria virgo virgi
nũ in vtero mr̃is sue sit cõcepta·
Circa verba ꝓposita q̃tuor reueã
magnalia a deo sibi fcã sãctitatẽ
eius tã sacrã r̃stãt ꝯsiderãda· Pri
mo ꝙ deꝰ ꝯcepcõeꝫ suã angelica
voce nũciauit· Scdo ꝙ ipsã tã in
vtero ꝙ̃ ex vteꝝ mr̃is sue p̃ oibꝰ
creaturis mũdi mirabiliter sãcti
ficauit· Tercõ qꝛ ipsa mediãte v̓
bo dĩuo deũ ꝛ hoiem ꝯcepit ꝛ mãꝛ
virgo ꝓcreauit eũ· Qrto qꝛ ipsã
in terris tribꝰ ꝑtis laureauit q̃bꝰ
mediãtibꝰ ipsã sup õnes choros
angeloꝝ exaltauit· De q̃bꝰ verbis
ꝓpositis dicemꝰ auxiliãte grã di
uina vñ mariã angelica salutatẽ
oroe p̃cãtes q̃tenꝰ ad laudẽ cristi
michi dicere vobisqꝫ ad vtilitatẽ
viteqꝫ melioracõneꝫ cedat: hũili
corde dicẽtes Aue maria ꝛc̃· Ho
die celebrat scã mat̃ eccĩa qualit̃
exorta sit ꝛ surrexit aurora q̃ est fi
nis noctis ꝛ inicium diei· q̃ huiꝰ
est nature ꝙ depellit tenebras et
diem claꝝ ꝛ solis ardorẽ inducit
Hec est q̃ infirmis ꝛ debilibus
dat alleuiacõeꝫ· Hec ẽ que latro
nes cogit itrare tenebras ꝛ nemꝰ
ne populꝰ ãbulãs in luce diei ab
eis occidat̃· p hãc aurorã intelli
ge ꝯcepcõem btẽ virgis marie· S
est finis noctis·i· tenebraꝝ p fidi

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0495
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG